

## Unde oriatur certitudo scientia, &c. 69

cientur pro tempore futuro sub hac forma, *Paulus orabit*, *Paulus non orabit*. Quomodo non pariter determinatè verum erit alterum è duobus? utr quod *Paulus orabit*, si hæc aliquando verificanda est, *Paulus orat*: quia non est, nisi una & individua veritas utriusque: & ideo pariter determinata, pariter nihil habens ambigui & incerti: solum tempus ad significandum diversum est, veritas autem eadem est, àquæ invariabilis est, àquæ invicta est. De cetero quoque non potest intelligi quomodo hæc propositio, *Paulus orat*, sit hodiè determinatè vera, & non futura fuit hodiè determinatè vera ista, *Paulus orabit*: si enim supponitur quod futura non fuisset determinatè vera, aut tantum indeterminatè vera, neque hodiè vera esset determinatè, sed tantum indeterminatè, quod repugnat. Sic itaque quidquid hodiè verum est, semper futurum fuit verum, & coquidem omni modo, quo verum hodiè comprobatur: ut si hodiè verum est Paulum orare stantem, semper verum fuit Paulum oratum stantem: & sic de modis reliquis omnibus; ac proinde de modo, scilicet determinato, quo verum est hodiè Petrum orare.

Tandem hic attendendum est ad vim contradictionis, quæ est inter duas propositiones contingentes, & quæ non est minor inter duas propositiones contingentes expressas de præterito, aut futuro, quam expressas de presente: neque enim vis illa, quæ est essentialiter insuperabilis, potest ullatenus aut geri, aut minui per ullam temporis differentiam. Quare si minuimus sufficit ad hoc, ut inter duas propositiones contingentes de præsente expressas contradictoriarum una sit determinatè vera, etiam sufficiet ad determinatam veritatem unius è duabus propositionibus in materia contingente contradictionis de futuro expressis. Atque ita jam patet illud *primum*, quod occurrebat probandum, scilicet contradictionis viam, quæ est inter duas qualibet propositiones de futuro contingenti efficere, ut altera sit determinatè vera.

Probatur assertio quoad *secundum*; quatenus si ex sola contradictione vi necessaria est, ut probatum fuit, alteram è duabus propositionibus de futuro contingenti esse determinatè veram, superflua est ad illam ita determinatè verificandam vis accessoria decreti omnis Divini. Et revera sive supponatur decretum positum, sive non, in gratiam propositionis verificatione, perinde propositio verificabitur; siquidem à nullo de cunctis, per se.

sius contra-  
dictorioz  
futuro tam  
determinata  
est veritas  
quam alter-  
ius contra-  
dictorioz de  
presente.

LX.  
Differentia  
temporis n*on*  
hil affert ad  
efficiendam  
veritatem

LXX.  
Decreta,  
sive posita,  
sive non pa-  
rita, nec fa-  
ciunt, nec  
collunt vim  
contradic-  
tionis de qua